



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

Jacobi Sadoleti Episcopi Carpentoracti, S. R. E. Cardinalis Epistolarum libri  
sexdecim.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)



**IACOBI SADOLETI**  
**EPISCOPI CARPENTO-**  
**RACTI, S. R. E. CARDINALIS EPI-**  
**stolarum libri sexdecim.**

*Sunt multo quam antea ac vniquam diligentius recogniti,  
 atq. in lucem aditi.*

**HVSDEM AD PAVLVM SADOLETVM E-**  
**pistolarum liber vnus.**

**ALEXANDRO FARNESIO S. R. E. CAR-**  
**dinali Paulus Sadoletus Episcopus Carpent-**  
**raeti, S. P. D.**

**Q**uod mihi Sadoleti patris mei obitus, amplissime Farnesi,  
 cum mihi luctum ac maerorem attulisset, quem pa-  
 tris tuus in me beneficia, meaq. perpetua erga cum  
 pietate postulabat: nullum doloris mei expertus sum  
 minus spiritus solatum, quam quod extremo illius mandato,  
 et mea tua officio, conor Deo infirmitatem meam adiuvante,  
 satisfacere. Nam cum is & saepe alias, & cum iam penes animam  
 exhalaret, hanc mihi Carpentoractensem ecclesiam, quam ipse  
 praesens quo ad electum fuit, summa cura & diligentia rexit, at  
 pro sua paternam in eam charitate, diligentissime commendasset,  
 meq. ut ad eius custodia nulla re vniquam auellerer, vehementis-  
 sime hortatus esset: nullam moram post eius morrem interposui,  
 quam ad parendam tam salutaribus praeceptis, & ad obunda-  
 tam tanti & praecleari muneris officia, me conferrem: cuius mei  
 consilium maiorem indies fructum capio. Sed cum officii mei ratio,  
 b 2. & illa,

& illa, quam sanctissima patrum memoria debet, pietas, hoc  
 praeerea à me postulare videretur, ut illius scripta, & lucubra-  
 tiones, quae penes me essent, ederem: ad eas me legendas, & accu-  
 rate considerandas (socio hac in re, & adiutore vsus Antonio  
 Florebello) dedi: cum is ut summè gratus, officiosusq; esset, vnam ob  
 causam hanc, quò homini de se optimè merito, cuiq; iure &  
 charissimus, & probatissimus fuit, mecum vna fidem suam effi-  
 ciumq; prestaret, accessit meo se ad me in Galliam contulisset.  
 Atque eam quidem eius scriptorum partem, quibus locos ad re-  
 ligionem & sacras literas pertinentes tractat: quanquam multa  
 ab eo in hoc genere egregiè ac praclare instituta conperimus: ta-  
 men edenda minime putauimus. Non quia eadem in illis, quae in  
 reliquis eius libris, qui eo vno exierunt, & pietas exeret, & sa-  
 crarum rerum scientia: quae & nos magnopere delectarent, &  
 ceteris item iucunda ad legendum fore non dubitaremus. Sed  
 cum ea quae aliquot hisce annis instituerat, propter crebras (quod  
 tunc scis) summi Pontificis interpellationes, multasq; & ma-  
 gnas in vrbe occupationes, ab soluere atque expolire minime po-  
 tuerit: satius esse duximus, non quia nos de illius scriptis probare-  
 mus, sed quia ipse probaturus fuisset attendere. Cum verò oratio-  
 nes quaedam, & magnum praeerea epistolarum acervum inue-  
 nissimus, eas potius edendas esse iudicauimus: non omnes quidem,  
 sed eas tantum, quae accuratius nobis scripta esse videbantur. At-  
 que orationes quidem alias. Hoc, ut in tempore epistolas in de-  
 cem & septem volumina digestas, emisimus: quas vti nam etiam  
 ipsa patrum meorum antequam diem suum obiisset corrigere ipse  
 atque emendare potuisset. Sed etsi non dubito, quin illius corre-  
 ctio, & (ut ita dicam) expolitio multum illis additura fuerit  
 venustatis atque elegantiae: non propterea tamen sum ab edendo  
 deteritus, cum sperare mihi videar, studiosis eloquentia homi-  
 nibus earum lectionem, neque inuicundam, neque infructuosam  
 fore. Eas autem idcirco ad te Farnesi amplissime, mittendas pu-  
 tavi, quòd meae singularis in te obseruantiae, & grata animi vo-  
 luntatis pro tuis erga me & patrum meorum meritis, quae &  
 multa sanè & insignia fuerunt, & abs te nuper praestanti tua  
 erga me & fratrem meum liberalitate cumulata atque auct<sup>a</sup>  
 sunt

EPISTOLA.

hoc  
ra-  
cu-  
nio  
ob  
&  
ffi-  
et.  
re-  
la  
a-  
in  
a-  
&  
ed  
od  
a-  
o-  
e-  
o-  
n.  
t-  
e-  
ms  
se  
et  
it  
lo  
is  
-  
-  
a  
18

hoc signum ac testimonium aliquod extare volui: praesertim  
quia ad eas, quae in te elucet virtutes, hanc quoque laudem ac-  
cedere intelligerem: quod tu et summis & gravissimis occupa-  
tionibus & curis, quas tecum avus tuus Pontifex Maximus, i-  
dem princeps sapientissimus partitur, nunquam fere non di-  
spicias: quod tamen interdum otii tibi & vacui temporis da-  
re solum optimarum artium studiis libentissimè consumis. Quip-  
pea vides praeterquam quod maxima cum animi voluptate  
vires ad magnas res agendas & tractandas vehementius in-  
fluit. Te autem cognovisse videor, huius generis scriptorum  
sermonei delictari praecipuè esse solitum: quod etiam libentius  
facit non eas modo epistolas, quae ad te scriptae ab eo fuissent, in-  
terim ad eam: sed vniuersas etiam, quae ad ceteros, ad te  
scriptae sunt. Equidem maiora tibi praestare pro tuis in me meritis  
debeo, & debet. Sed tamen quando maioribus officiis non pos-  
sum, hoc saltem munusculo meum summum erga ampli-  
tudinem tuam studium declarandum esse existi-  
maui. Vale. Carpent. 1549.



b 3 ARGV.